in ecclesiis omni interna malorum operum carne consumpta; Et egredieris
in choro ludentium canentium turbis. Plantabis uineas in montibus
samariae. Nequaquam in uallibus et humilibus locis sed in montibus
samariae qui post captiuitatem populi israhel ab alienis possessis.
s. quibus dicitur; plantate plantaria et uindemiate; Tunc fuit dies
s. domini in qua clamauerunt custodes. apostoli uidelicet. et apostolici
s. uiri. In monte samariae et in monte effraim. Quorum alterum custo
diam. alterum ubertatem sonat. Quid uero dicunt custodes samariae.
s. immo qui declamant in monte ephraim. Surgite qui rectis. hum CXXIII.
ilia relinquite. uictimarum hostias spernite. sacrificium domino spiritus con
s. tribulatus; Ascendamus in sion hoc est in ecclesiam. ubi est speculatio
et intuitus dei. Cumque fuerimus in sion immo ascenderimus. pariter ad
s. eam ascendemus ad dominum deum nostrum. quia haec dicit dominus; Exultate in
s. laetitia iacob. et hinnite contra caput gentium. personate. cantate. et dici
s. te. saluum fac domine populum tuum reliquias israhel; Significauit
non totus saluatur israhel. sed reliquiae israhel. praecipiente domino atque di
cente. Exultate in laetitia qui estis de iacob et hinnite. ad caput
gentium cuncta referentes. quia cauda quondam uersa est in caput;
Personate. et cantate. et dicite. quid est illud quod iubent dicere; Saluum
fac domine populum tuum. quem populum. utique reliquias israhel quae se
cundum electionem saluae factae sunt. de quibus et paulus assumens
testimonium isaiae loquitur; Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen
sicut sodoma facti essemus. et sicut gomorra similes fuissemus;
s. Ecce ego adducam eos de terra aquilonis. et congregabo eos ab ex CXXIIII

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0309